

Proserpina

Pluton Proserpinam, Iovis et Cereris filiam, in matrimonium ducere vult. Iuppiter probat, at mater nuptias negat, quia Pluton in obscuro Tartaro vivit, puella autem Solem lucentem, fragrantem flores aperta que loca amat, ubi cum nymphis per silvas ambulat, magnā gratiā saltat¹, pilā ludit et suaviter amoenitatem² naturae canit.

Pluton tamen repulsam³ Cereris non curat et insidias pulchrae puellae tendit: dum Proserpina flores in prato carpit, deus Inferorum venit et eam rapit.

Frustra⁴ Ceres filiam exspectat, quia in imo Tartaro Proserpina sedet, ut uxor Plutonis et regina tenebrarum.

Misera mater per omnes terras errat filiam quaerens sed eam reperire non potest

Tandem⁵ cum intellegit a se filiam nullo loco reperiri posse, maesta ad Olympum montem ascendit, ubi Iuppiter imperat, et misericordiam ab eo implorat.

Tum Iuppiter, qui Cereris lacrimis movetur, concedit Proserpinam dimidiā parte anni⁶ cum matre vivere, dimidiā cum Plutone in Inferis

¹ salto, as, are = "danzare"

² amoenitatem = pulchritudinem (cfr. pulcher, -ra, -rum)

³ Si mater nuptias negat, quid est repulsa?

⁴ frustra = "invano"

⁵ tandem = "alla fine"

⁶ Dimidiā pars anni sex menses sunt.

Rif.: Familia Romana, cap. XIX

manere. Itaque quotannis per sex menses risus Proserpinae in terra splendet et naturae novam vitam dat, reliquā parte anni in imis tenebris occultatur. Per sex menses igitur neque prata florent neque sol splendet.

(Anna Bongiorno)